Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

hoc officio non potuit quem fieri sine gratia spiritus sancti. ideo
cum hoc dixisset insufflavit et dixit eis Accipite
spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata remittuntur eis licet
enim solus deus principaliter peccata dimittat. tamen ministri ecclesie
futuri clavium ad hoc ministerium assumuntur. et quorum
retinueritis et retinenda iudicaveritis retenta erunt.
Thomas autem unus ex xii electis a principio a xo. qui
dicitur didymus. non erat cum eis quando venit ihesus sicut
enim alios apostolos videtur fuisse magis timidus. et
ideo tardius certius venit ad locum ubi congregabantur
apostoli et discipuli. et ideo propter tarditatem suam privatus e
illa visione xi. Hoc autem fiebat divina ordinatione.
ut ex sua absentia segreter dubitatio. et ulterius
in dubitatione abstinatio. et per omnes diligens visitat
magistros ad veram fidem confirmatos. Dixerunt ergo ei
alii discipuli Vidimus dominum ille autem dixit eis Nisi
videam in manibus eius fixuram clavorum. et mittam manum
meam in latus eius non credam. Et post dies octo iterum
erant discipuli eius intus et thomas cum eis Venit ihesus
ianuis clausis et stetit in medio ut posset ab omnibus
videri. et dixit eis Pax vobis Deinde dicit thome
Infer digitum tuum huc et vide manus meas. et affer
manum tuam et mitte in latus meum. et noli esse incre-
dulus sed fidelis Respondit thomas non solum corde crede-
do sed etiam ore confitendo quia utique ad salutem et nomen.
et dixit ei Dominus meus et deus meus Dicit eius Quia
vidisti me thoma credidisti. beati qui non viderunt et cre-
diderunt In hoc statu solacio mira quia non vidimus et credimus
per doctrinam xpi et apostolorum eum videntium ad nos deri-
vatam. beatior est eum et plus meruit qui credit non